Entstehungsort unbestimmt (Tirol?), 3. Viertel 15. Jh.

Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35041
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar/Seminario Maggiore



elementum ac locus est in quem multa intrduunt enthyme-
mata. Amplificatio autem et attenuatio enthymemata
sunt ad ostendendum magnum esse uel paruum. Tuem ad
modum bonum quoque ac malum iustum aut iniustum et ali-
orum quodlibet. Hec uero sunt omnia de quibus silogismi aut
enthymemata fiunt. Tuare si si nihil horum locus en-
thymematis est nec amplificatio ac attenuatio. Preter
hec refutatiua enthymemata species quedam est alia
quam affirmatiua sunt patet namque quod refutat aut obiectio
inferens aut probans. Probant aut quod propositum est
vt si factum vnus ostendit alter factum non esse quod si factum
non esse ille factum esse hic ostendit. Quamobrem non erit
hec differencia aum eisdem utrisque utantur enthymemata
eum afferunt quod sit aut non sit. Obiectio etiam non est enthy-
mema sed stat in topicis opinione quandam dicere vnde
perspicuum fiat uel non colligit silogismo uel quod falsum
quiddam assumpsit. Sed de exemplo de sentencia de en-
thymematibo ac omno de rebus vnde inueniemus et quo
inuenias dissoluemus hec quoque dicta sint ꝛc

Rethoricorum Aristotilis liber secundus explicat ꝛc

Incipit tercius liber ꝛc Ca. primum De quibus rethorica
Tertium quoniam tria in oratione requiruntur
Primum vnde fiat fides alterum de elocutione
Tertium de ordine parium omnis. Et de fide iam
dictum est ex quibus et ex quot quod ex tribus et aut tot solum
Nam aut quia ipsi qui iudicant quadam modo affecti sunt
aut quales quosdam eos qui dicunt arbitrantur aut
quia demostratum est omnibus persuadetur et ad hec expla-
natum est vnde enthymemata inveniantur. Sunt eum
species enthymematum et loci sequitur nunc ut de elo-
cutione dicamus. Non eum sufficit si hec habeas que
dicenda sunt sed necesse est ea ut oportet dicere quod plurim